



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XXIV.

QVAE EST OCTAVA,
SVB PIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XI.
NOV. M. D. LXIII.

Decretum de Sacramento Matrimonij.

a Gen. 2. 3.
Esdræ 4.
Ephes. 5.
1. Cor. 6.
c frater-
nitatis 35.
q. 10. c.
debitum.
de biga. c.
1. in prin.
de coniu.
lepr.
b Mat. 19.
c. Mat. 19.
Marc. 10.
1. Cor. 6.
Ephes. 5.
c. sūt qui
7. q. 2. c.
fi 20. q. 2.
c. de infi-
delib. de
confan.
& affin. c.
Martinus
de cog.
nat. spir.
d Ibid.
e c. nemo
in fin. 32.
q. 4.
Eph. 5. in
fin. c. de-
bitum. de
biga.

Matrimonij perpetuum, indissolubi-
lemq̄ nexum primus humani gene-
ris parens diuini Spiritus instinctu
pronunciauit, cū dixit: Hoc a nūc os ex osi-
bus meis, & caro de carne mea, quā obrē b re-
linquet homo patrem suum, & matrem, & ad-
hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.
Hoc autem vinculo duos tātummodo copu-
lari, & coniungi, Christus Dominus apertius
docuit, cum postrema illa verba, tanquā à Deo
prolata, referens dixit: c Itaque iam non sunt
duo, sed vna caro, statimq̄; eiusdem nexu fir-
mitatem, ab Adamo tanto antè pronūciatam,
his verbis confirmauit: d Quod ergo Deus con-
iunxit, homo non separet.

Gratiam vero, que naturalem illum amo-
rem perficeret, & indissolubilem vnitatē con-
firmaret, cōiugesq̄; sanctificaret, ipse Christus
venerabilium Sacramentorum institutor, atq̄;
perfector, sua nobis passione promeruit, quod
Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite

uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam,
 & seipsum tradidit pro ea: mox subiungens:
 Sacramentum hoc magnum est: ego autem a
 dico in Christo, & in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium in lege b Euāge-
 lica veteribus cōubiis per Christū gratia præ-
 stet: merito inter nouæ legis Sacramēta annu-
 merandum, sancti Patres nostri, & Concilia, &
 vniuersalis ecclesie traditio semper docuerūt:
 aduersus quam impij homines huius seculi in-
 sanientes, nō solum perperam de hoc venera-
 bili Sacramēto senserunt, sed de more suo præ-
 textu Euangelij libertatem carnis introducen-
 tes, multa ab ecclesie Catholice sensu, & ab A-
 postolorum temporibus probata consuetudine
 aliena, scripto, & verbo asserunt, non sine ma-
 gna Christi fidelium iactura: quorū temerita-
 ti sancta, & vniuersalis Synodus cupiens oc-
 currere, insigniores prædictorum schismatico-
 rū hereses, errores, ne plures ad se trahat per-
 niciosa eorum contagio, exterminandos duxit,
 hos in ipsos hereticos, eorumque errores de-
 cernens anathematismos.

DE SACRAMENTO MA-
 trimonij.

CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium nō esse verè
 & propriè vnum ex septem legis Euangelice
 Sacramētis d à Christo Domino institutū, sed

L 3

ab hu-

a Ibid.

b Ephe. 5.

c Conci.
 Florenti-
 num sub
 Eugenio
 4. c. ad ab-
 olendam
 de hæret.

d Mat 19.
 Marc. 10.
 Ephe. 5. c.
 ad abolē-
 dam de
 hæret.

ab hominibus in Ecclesia inuentum; neq; gratiam conferre: anathema sit.

a Mat. 19.

c. si quis

32. q. 2.

toto tit.

de spōsa.

duorum.

c. gaude-

mus de

diuor.

b Leu. 18.

c. pysta-

cium. 30.

q. 3. Conc.

tolet. 2.

can. 5. 35.

q. 2. & 3.

per totam

c. non de-

bet. de

confang.

& affin.

c. c. de il-

la. cum

seq. de di-

uor. c. de

infideli-

bus de cō-

san. & af-

fin.

d. c. com-

missum

sponfal.

CANON II.

Si quis dixerit, a licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, b eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimentur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, vt plures impediunt, & dirimant: anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, Ecclesiam non posse constitutare impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errasse: anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, c propter heresim, aut molestantam cohabitationem, aut affectatam absentiam à coniuge, dissolui posse matrimonij vinculum: anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, d matrimonium ratum, nō consummatum, per solemnem religionis professionem alterius coniugium non dirimi: anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, a Ecclesiam errare, cum docuit, & docet, iuxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum nō posse dissolui, & vtrumque veletiam innocentem, qui causā adulterio non dedit, non posse, altero cōiuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mæcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, que, dimisso adultero, alij nupsert: anathema sit.

a Matt. 9
Luc. 16.
1. Cor. 7.
c. placuit.
cū multis
seq. 32. q.
7. c. gau-
demus. de
diuor.
Conc. Mi
leuit. c. 17
Cōc. Afri
can. c. 69.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cū ob multas causas separationem inter cōiuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertum ve tempus fieri posse decerni: anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, b Clericos in sacris ordinibus constitutos, vel Regulares, castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto, & oppositum nil aliud esse, quā damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium: qui non sentiūt se castitatis, etiam si eam voverint, habere donum: anathema sit: cū Deus id reſte petentibus non deneget, nec c patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

b dist. 22.
c. presby-
teris. & p
totā, 17. q.
p. tot. ext.
qui cler.
vel vouē.
per totū.
Cōc. Car-
thag. 4. c.
104.
Cōc. Ma-
tisc. ca. 4.
cum sim.
c. 1. Cor.
10.

a Mat. 19.
1. Cor. 7.
in fin. c.
nuptia. 32
q. 2. c. qui
sint. 33. q.
c. com-
missum
de spons.
b 1. Co. 7.

Si quis dixerit a statum conjugalem anteponendum esse statui virginitalis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio: b anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem solemnitalis nuptiarum: certis anni temporibus superstitionem esse tyrânicam ab Ethnicorum superstitione profectam: aut benedictiones, & alias ceremonias, quibus Ecclesia in illis vitus, damnauerit: anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, e causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos: anathema sit.

Decretum de reformatione Matrimonij.

CAPVT I.

c c. mul-
torum 35.
p 6. c. in
fi. de con-
san. & aff.
c. accedē-
tibus de
excess.
p. l. at.

Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentium cōsensu facta, rata & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi sint illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant: qui que falsò affirmant, matrimonia, à filijs familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei ecclesia ex iustif-

simis

VIGESIMA QVARTA. 249

simis causis illa semper a detestata est, atq; p-
hibuit. verum cum sancta Synodus animad-
uertat, prohibitiones illas propter hominum in-
bedietiam iam non prodesse: & grauiora peccata
perpendat. quae ex eisdem clandestinis coniugijs
ortum habent: praesertim vero eorum, qui in sta-
tu donationis permanent, dum, priore vxore,
cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia
palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adul-
terio viuunt; cui malo cum ab Ecclesia, quae de
occultis non iudicat, succurri non possit, nisi ef-
ficacius aliquod remedium adhibeatur; b icci: co
sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio 3. ce-
lebrati vestigijs inherendo praecipit, vt in po-
sterum, antequam matrimonium contrahatur,
ter a proprio contrahentium Parocho tribus con-
tinuis diebus festiuis in ecclesia inter Missarum
sollemnia publice denuncietur, inter quos ma-
trimonium sit contrahendum: quibus denun-
ciationibus factis, si nullum legitimum oppo-
natur impedimentum, ad celebrationem matri-
monij in facie Ecclesiae procedatur: vbi Paro-
chus, viro & muliere interrogatis, & eorum
mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in
matrimonium coniungo in nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti: vel alijs vtatur verbis, iu-
xta receptum vnus cuiusque prouinciae ritum.
Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio,
matrimonium malitiose impediri posse, si to-
praecesserint denunciations, tunc vel vna ta-

a c. non
omnis c.
honoran-
tur. & c.
fi. 32. q. 2.
c. nostra-
tes. 30. q.
5. c. vide-
tur qui
mat. acc.
pos. Conc.
Tolet. 3.
cap. 10.
b Conc.
Later. 2.
in c. 31. &
in cu in-
hibitio
de cland.
desp.

tum denunciatio fiat; ut saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur. deinde ante illius consummationem denunciations in ecclesia fiant; ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegatur: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut predictae denunciations remittantur: quod illius prudentiae, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter, quam presente Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus vel trib. testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, put eos praesenti decreto irritos facit, & annullat. Insuper Parochum, vel aliū sacerdotem, qui cū minori testiū numero, & testes, qui sine parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec nō ipsas contrahentes grauius arbitrio Ordinarij puniri praecipit. Praeterea eadem sancta Synodus hortatur, ut coniuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent; a statuitq; benedictionem à proprio Parocho fieri; neque à quouam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad predictam benedictionem faciendam, alij sacerdoti concedi posse; quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quae potius corruptela dicenda est, vel priuilegio, non

a c. r. eum
multis
seq 30. q.
s. & c.
nulli. 35.
q. 2.

obstan-

obstante. Quod si quis Parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue sæcularis sit, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponfos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere a ausus fuerit: ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat. Habeat Parochus librū, in quo coniugum & testium nomina, diemq; locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò sancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant, vel saltē triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs vltra prædictas, laudabilibus consuetudinibus, & ceremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri sancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam salubria præcepta quæquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt, cum primùm poterint, curent hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum diæcesum parochialibus ecclesijs, idque in primo anno quàm sepius fiat, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper, vt huiusmodi decretū in vnaquaq; parochia suū robur post triginta dies habere incipiat, à die

a Gratis benedictio datur Alexand. 3. Const. sua par. 1. c. 7. & lun 3. in 1. Con. Late. c. 66



prima publicationis, in eadem parochia facta, numerandos.

CAPVT II.

Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaq; sancta Synodus huic incommodo providere, & à cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit vt vnus tantum siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum a canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem nec non inter baptizantem, & baptizatum baptizatiq; patrem, ac matrem tantum b spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscietur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant; & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant; & in libro eorum nomina describat; doceatq; eos quam totum de cognationem contraxerint; ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij, vltra designates, baptizatos tetigerint, cognationem spiritua- lem nullo pacto contrahant: c cõstitutionibus, in cõtrarium facientibus, non obstantibus. Si parochi culpa vel negligentia secus factum

a c. non
plures de
cõf. di. 2.
& c. quã-
uis. de
cogn. spi.
in 6.
b c. super
quibus c.
pystaciã.
& c. fi. 30.
q. 3. c. i. c.
super eo.
& ferè p
totum de
cogn. sp.
c. i. eo.
tit in 6.
c c. quãuis
de cogn.
spir. in 6.

sue-

fuerit: arbitrio Ordinarij puniatur. c. Ea quo- c. Concil.
que cognatio, que ex Confirmatione contrahi- Mogunt.
tur, confirmantem, & confirmatum, illiusque c. 55. c. 2.
patrem & matrem, ac tenentem non egredia- 30. q. 1. c. 1.
tur: omnibus inter alias personas huius spiritu- de cogni.
alis cognationis impedimentis omnino sublatis. spir. in 6.

CAPVT III.

Iustitie publicæ honestatis impedimentum,
vbi sponsalia quacumque ratione valida nõ
non erunt, sancta Synodus prorsus tollit; vbi
autem prorsus valida fuerint, primum gradũ
non excedant: quoniam in vltioribus gra-
dibus iam non potest huiusmodi prohibitio
absq; dispendio obseruari.

CAPVT IV.

Præterea, d. sancta Synodus, eisdem, & alijs d. c. quæ-
grauissimis de causis adducta, impedimen- dam cum
tum, quod propter affinitatem ex fornicatione multis
contractam inducitur, & matrimonium post- seq. 32. q.
ea factum dirimit, ad eos tantum, qui in pri- 7. & toto
mo & secundo gradu coniunguntur, restrin- tit. de eo
git: in vltioribus verò gradibus statuit, hu- qui cog.
iusmodi affinitatem matrimonium, postea, conf. vxo.
contractum non dirimere. suæ.

CAPVT V.

Si quis intra e gradus prohibitos sciēter ma e. c. fin. 6.
trimonium contrahere præsumperit, sepa- penul de
retur, & spe dispensationis consequendæ ca- cland. de-
reat; idq; in eo multo magis locum habeat, qui sp. Clem.
non tantum matrimonium contrahere, sed etiã vnica de
cõf. & aff.

consummare ausus fuerit. Quod si ignorāter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in cōtrahendo matrimonio neglexerit: eisdē subijciatur pœnis: non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem faciliè experiatur, a cuius salubria præcepta temerè contempnit. Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum ali- quod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit; tūc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio, vel rarò, id quæ ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam:

CAPVT VI.

Decernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. **b** Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur patere a raptor mulierem raptam, siue eam uxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

CA

a c. fin. de
immun.
eccles. c.
quia fru-
stra. de
vfu.

b c. fin. de
rap. Vide
Cō. Chal.
c. 26. c.
eos. & c.
de puel-
lis. 26. q.
1. Conc.
Chalc. c.
27. Conc.
Vorm. c.
77.
Exod. 21.
c. 3. de a-
dult.

CAPVT VII.

Multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerumq; plures, illa viuente, diuersis in locis, ducunt, cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimoniū facile recipiant: magistratus etiā seculares hortatur, ut eos seuerè coerceant. Parochis autem precipit, ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

c De ijs.
& c. 25.
Conci.
Agathen.

CAPVT VIII.

Graue peccatum est, homines solutos cōcubinas habere, grauisimum verò, & in huius magni Sacramenti singularem contemptum admissum, a vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas quādoq; domi etiam cum vxoribus alere, & retinere, quare, ut huic tanto malo sancta Synodus opportunis remedijs prouideat, statuit huiusmodi cōcubenarios, tã solutos, quam vxoratos, cuiuscumque status, dignitatis, & cōditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiā ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seq; ab earum consuetudine non seiunxerint, b excommunicatione feriendos esse, à qua non soluantur, donec re ipsa ad-

a inf. Sef.
25. c. 14.
reform. a.
Cōc. Rō.
sub Nic.
1. in fin.
Cōc. Later sub
Leone 10.
Sef. 9. de
ref. curiæ
& aliorū
vers. concubinarij.
b Conc.
Tolet. 1.
c. 17. c. is,
qui. 34.
dist.

moni-

monitioni factæ paruerint. Quod si in cōcubina
tu per annum, censuris neglectis, permāserint
contra eos ab ordinario seuerè pro qualitate
criminis procedatur. Mulieres, & siue coniuga-
te, siue solutæ, quæ cum adulteris, seu cōcubi-
narijs publicè viuunt, si ter admonitæ non pa-
ruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiã re-
quirēte, ex officio grauiter pro modo culpæ pu-
niantur: & extra oppidum, vel diœcesim, si id
ten. excō. eisdem Ordinarijs videbitur, inuocato, si opus
c. 2. in fide fuerit, brachio seculari, eijciantur: alijs pœnis,
eo. habit. contra adulteros, & concubinarios inflictis, in
cler. & suo robore permanentibus.
mul.

CAPVT IX.

ITa plerumque temporalium dominorum, ac
magistratuū mentis oculos terreni affectus,
atque cupiditates excæcant, vt viros, & mu-
lieres, sub eorum iurisdictione degentes, maxi-
mè diuites, vel spem magnæ hereditatis habē-
tes, minis & pœnis adigant cum ijs matrimo-
nium inuitos contrahere, quos ipsi domini, vel
magistratus illis præscripserint. d Quare cum
requisi-uit &c. maximè nefarium sit, matrimonij libertatem
Gemma. violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura
despor. expectātur, præcipit sancta Synodus omnibus,
a Conc. cuiuscumque gradus, dignitatis, & cōditionis
Parisien. existent, sub anathematis pœna, à quā ipso fa-
cto incurrāt, ne quouis modò directè vel indi-
c. nullus rectè subditos suos, vel quoscumque alios co-
36. q. 2. gāt, quo minùs liberè matrimonia contrahant.

CAPVT X.

AB aduentu Domini nostri Iesu b Christi
vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quar-
ta Cinerum vsque in octauam Pascharis inclu-
sue, antiquas solemnium nuptiarum prohibi-
tiones diligenter ab omnibus obseruari sancta
Synodus precepit: in alijs verò temporibus nu-
ptias sollempniter celebrari permittit: quas E-
piscopi, vt ea, qua decet, modestia, & honesta-
te fiant, curabunt. sancta enim res est matri-
monium, & sanctè tractandum.

b Cō. Lao
dic. cā. 52.
Conc. Sa
legustad.
c. 3. c. non
oportet,
cū 3. seqq.
33. q. 4. c.
Capella-
nus de fe-
ria.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Synodus, reformatio-
nis materiam prosequens, hæc in presenti Ses-
sione statuenda decernit.

CAPVT I.

SI in quibuslibet Ecclesie gradibus providen-
ter, scienterque curandum est, vt in Do-
mini domo nihil sit inordinatum, nihilque præ-
posterum; multò magis elaborandum est, vt in
electione eius, qui supra omnes gradus consti-
tuitur, non erretur, nã totius familie Domini
status, & ordo mutabit, si quod requiritur in
corpore, non inueniatur in capite. vnde, etsi c
alias sancta Synodus de promouendis ad cathe-
drales, & superiores ecclesias nõnulla vtiliter
decreuit: hoc tamen munus huiusmodi esse cen-
set, vt, si pro rei magnitudine expen datur, nun-
quam satis cautum de eo videri possit. Itaque
statuit, vt, cùm primũ Ecclesia vacauerit, sup-

c supr. de
ref. Sess. 6.
c. 2. Sess. 7.
c. 1. & 3. &
Ses. 22. c. 2

pli-

plicationes ac preces publicè, priuatimque habeantur, atq; à Capitulo per ciuitatem & diocesim indicantur; quibus Clerus, populusque bonū à Deo pastorem valeat impetrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionē proficiendorum, quodcumque ius, quacumque ratione, à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in ijs præsentium temporum ratione innouando, hortatur; & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quàm si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant: eosq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniores, & ecclesiæ magis utiles

a c. cū in
cunctis. &
c. cū no
bis olim
de elect.
Cōc. Lat.
sub Leo-
ne X de
ref. Curia
in princ.
Sess. 9. cū
alleg sup.
Sess. 22. de
ref. c. 2.

ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambitum suggestionibus, sed eorum exigētibus meritis, præfici diligēter curauerint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, etate, doctrina, at quo alijs omnibus qualitatibus præditos sciant, a que iuxta sacros Canones, & Tridētinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in sumēdo de prædictis omnibus qualitatibus graui, idoneoque honorum, & doctorum virorum testimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum, populorum, ac morum varietate potest adhiberi; mandat sancta Synodus, ut in prouinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusq; locis & prouincijs

propria examinis, seu inquisitionis, aut instrumentis faciendae forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quae magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur: ita tamen, ut cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit: ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur: ut ipse summus Pontifex plena totius negotij, ac personarum notitia habita, pro gregis Domini commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, ecclesijs possit utilius providere. Omnes verò inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes, quaecumque de promovendi qualitatibus, & Ecclesiae statu à quibuscumque, etià in Romana Curia, habita, per Cardinalem, qui relationem facturum erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur: ac relatio ipsa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirmant, se, adhibita accurata diligentia, inuenisse promovendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis, praeditos, ac certo existimare sub periculo salutis aeternae idoneos esse, qui Ecclesijs praeficiantur: ita ut relatione in vno Consistorio facta, quo maturius

b S.D.N.
Pius IV.
in Bulla
super forma
iuramenti
professionis
fidei.

a in dictis
locis.

inter-

interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Cōsistorium iudiciū differatur, nisi aliud Beatiss. Pontifici videbitur expedire. Ea verò omnia, & singula quæ de Episcoporum præficientorum vita, etate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo cōstituta sunt, decernit eadem; etiam in creatione sãctæ Ro. Ecclesiæ Cardinalium, etiam si Diaconi sint, exigenda; quos Sanctiss. Rom. Pōtifex ex omnib. Christianitatis nationibus, quãtum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet. Postremò, eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis cōmota, non potest non commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quã ut Beatiss. Roman. Pontifex, quam sollicitudinem vniuersæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales asciscat, & bonos maximè, atque idoneos pastores singulis ecclesijs præficiat: idque eò magis, quod ouium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officij immemororum Pastorum b regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus de manibus eius sit requisiturus.

CAPVT II.

Prouincialia Concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersijs componendis, c alijsque ex sacris canonibus permisis renouentur.

Quare

b Ezech.
3. & 18.
Act. 20. c.
Eph. 43.
dist sup.
Sess. 6. de
reform.
cap. 1.
c c. pro-
pter ec-
clesiasti-

Quare Metropolitanus pro seipso, seu, illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine presentis Concilij, & deinde quolibet saltem triennio post octauam Pasche Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more prouinciae non praetermittat Synodum in prouincia sua cogere: quo Episcopi omnes, & alij, qui de iure, vel consuetudine interesse debent, exceptis ijs, quibus cum imminente periculo transfretandum esset, conuenire omnino teneantur. Nec Episcopi comprouinciales praetextu cuiuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam impostorum accedere inuiti compellantur. Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant; in cuius Synodi prouinciali cum alijs interesse debeant; & quae ibi ordinata fuerint, obseruent, ac obseruari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atque integra maneant, a Synodi quoque diocesanae quotannis celebrantur: ad quas exempti etiam omnes qui a ias, cessante exemptione, interesse deberent, ne Capitulis generalibus subdantur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ijs, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitanus, quam Episcopi, & alij superscripti negligentes fuerint:

penas

cas. cum
seq. 18. di.
c. sicut o-
lim de
accusat.
Con. Au-
rel. 3. c. 1.
d Conc.
Lateran.
sub Leone
x. Seff.
c. in 2.
Lateran.
sub Inno.
3. exige-
batur, vt
singulis
annis Me-
tropolita-
ranus vi-
sitarer
cap. 6.
a Bonc.
Tarraco.
cap. 8.

b Dist. 18.
ferè per
totã. Co.
Aurelian.
5. cap. 11.
Cõc. Tar-
racon. ca.
7. c. Conc.
Tolet. 4.
cap. 25.
c Conc.
Tolet. 4.
cap. 35.

penas sacris b canonibus sanctitas, incurrant.

CAPVT III.

Patriarche, c Primates, Metropolitanis, & Episcopi propriã diœcesim per se ipsos, aut si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, Visitatorem, si quotannis totã, propter eius latitudinẽ, visitare nõ poterunt, saltem maiorem eius partem, ita tamẽ, vt tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiam post plenẽ visitatam propriã diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesie, neq; diœceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita, & probata in Cõcilio prouinciali. Archidiaconi autẽ, Decani, et alij inferiores in ijs Ecclesijs, vbi hæctenus visitationẽ exercere legitime consueuerunt, debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi deinceps per se ipsos tantum ibidẽ visitare, Visitatores etiã, à Capitulo deputandi, vbi Capitulum visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed nõ ideo Episcopus, vel eo impedito, eius Visitatores easdem Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur: cui ipsi Archidiaconi, vel alij inferiores, visitationis facte infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur, non obstantibus quacumq; cõsuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegijs quibuscumque. Visitacionum autem omnium istarũ præ-

cipuus

cipuus a sui scopus, Janā, orthodoxamq; doctri-
 nā, expulsis heresibus, inducere, bonos mores
 tueri, prauos corrigere: populū cohortationib⁹
 & admonitionibus ad religionē, pacem, inno-
 centiamq; accendere: cetera prout locus, tem-
 pus & occasio seret, ex visitantium prudentia
 ad fidelium fructū constituere. *Que* vt facilius,
 feliciusq; succedat: monentur predicti oēs, &
 singuli, ad quos visitatio spectat, vt paterna ca-
 ritate, Christianoq; zelo oēs amplectatur: ideo
 que modesto contenti equitatis famulatiq; stu-
 deant quam celerrimē, debita tamen cum di-
 ligētia, visitationē b ipsā absoluere. Interim-
 que caueant, ne inutilibus sumptibus cuiquam
 graues, onerosiue sint; neve ipsi, aut quisquam
 suorum quidquam procurationis causa pro vi-
 sitatione, etiā testamentorū ad pios vsus, præ-
 ter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut a-
 lio quouis nomine, nec pecuniā, nec munus, qu-
 cunq; sit, etiā qualitercumq; offeratur, accipi-
 ant, nō obstāte quacunq; consuetudine, etiā im-
 memorabili: exceptis tantum victualibus, que
 sibi, ac suis frugaliter, moderateq; pro temporis
 tantum necessitate, & non ultra, erunt mini-
 strāda. Sit tamen opinione eorum, qui visitā-
 tur, si malint soluere, id quod erat ab ipsis ante
 solui, certo pecunia taxata, consuetum; an verò
 predicta victualia subministrare: saluo item
 iure cōventionum antiquarum cum monaste-
 rijs, alijsve pijs locis, aut ecclesijs nō parochia-
 libus

a c. l. 9. fa-
 nē de cēf.
 in 6. 9.
 Florenti-
 nū. 85. di.

b Concil.
 Braccar.
 2. c. i.
 Conc. Ti-
 cin. verf.
 statuimus
 etiam ne
 episcopi,
 c. cauen-
 dum. & c.
 inter ce-
 tera 10. q.
 3. & c. cū
 Apostol.
 de cēsi.

libus inito, quòd ill. esum permaneat. In ijs ve-
 rò locis, seu prouincijs, vbi consuetudo est, vt
 nec victualia, nec pecunia, nec quidquã aliud
 à Visitatoribus accipiat, sed omnia gratis fi-
 ant: ibi id obseruetur. Quod si quisquam, quod
 absit, aliquid amplius in supradictis omnibus
 casibus accipere presumpserit: is præter dupli-
 restitutionem, intra mensem faciendam, alijs
 etiam pœnis iuxta constitutionem Concilij ge-
 neralis Lugdunensis, quæ incipit, a Exigit: nec
 non & alijs pœnis in Synodo prouinciali arbi-
 trio Synodi, absque vlla spe veniæ, multetur.

Patroni verò in ijs, quæ ad Sacramentorũ ad-
 ministrationem spectant, nullatenus se presu-
 mant ingerere: neque visitationi ornamentorũ
 ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarũ
 prouentibus immisceant: nisi quatenus id eis ex
 institutione, ac fundatione cõpetat: sed Episco-
 pi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in
 vsu ecclesiæ necessarios, & vtilis, prout sibi
 expedire magis visum fuerit, expendi curent.

CAPVT IV.

PRædicationis munus, b quod Episcoporum
 præcipuum est, cupiens sancta Synodus, quo
 frequentius possit ad fidelium salutem exerce-
 ri, canones aliàs super hoc editos, sub fel. rec.
 c Paulo III. aptiùs presentium temporum v-
 sui accommodando, mandat vt ecclesiæ suæ
 ipsi per se, aut, si legitime impediti fuerint, per
 eos, quos ad prædicationis munus assument, in
 alijs

a Sixti
 decretal.
 lib. 3. de
 censib. ti.
 20. c. 2.
 Vide post
 finem hu-
 ius libri.

b Concil.
 Carthag.
 4. c. 20.
 Concil.
 Rhemen.
 c. 14. c. E-
 piscopus
 nullam
 rei 88. di.
 c sup. Sess.
 3. de ref.
 c. 2. Conc.
 Arel. 4. c.
 10. Conc.
 Later. sub
 Inno. 3. c.
 10. c. inter
 cetera de
 off ord.
 Cõc. Mo-
 gunt. c. 25.

alijs autem ecclesijs per Parochos, siue, ijs im-
 peditis, per alios ab Episcopo impensis eorum,
 qui eas prestare vel tenentur, vel solent, depu-
 tados in ciuitate, aut in quacunq; parte diæce-
 sis, censebunt expedire, saltē omnib; Dominicis,
 & solemnibus diebus festis: tempore autē Ie-
 iuniorum, Quadragesime, & Aduentus Domi-
 ni quotidie, vel saltē tribus in hebdomada die-
 bus, si ita oportere duxerint, sacras Scripturas,
 diuinamque legem annuncient: & alias, quo-
 tiescunq; id opportunè fieri posse indicauerint.
 Moneatque Episcopus populum diligenter, te-
 neri vnumquemque parochie sue interesse, vbi
 commodè id fieri potest, & ad audiendum ver-
 bum Dei. Nullus autem secularis, siue regula-
 ris, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, cōtra-
 dicente Episcopo, prædicare præsumat. Idem
 etiam saltē Dominicis, & alijs festis die-
 bus pueros in singulis parochijs fidei rudimen-
 ta, & obedientiam erga Deum, & parentes
 diligenter ab ijs, ad quos spectabit, docere cura-
 bunt, & si opus sit, etiam per cēsuras ecclesi-
 sticas compellent: non obstantibus priuilegijs,
 & consuetudinibus. In reliquis ea, que de præ-
 dicationis munere sub eodem Paulo III. de-
 creta fuerunt, suum robur obtineant.

CAPVT V

Cause criminales a grauiore cōtra Episco-
 pos, etiam heresis, quod absit, que deposi-
 tione, aut priuatione dignæ sunt: ab ipso tan-

M tum

d 4. Car-
 thag. c. 4.

a Vide
 Con. Sar-
 dic. c. 3. c.
 ad abolē-
 dam, & c.
 excōmu-
 nicamus.
 § damna-
 ti vero.
 de hæret.
 & c. quo
 iure. 8.
 dist.

b sup. Sel. tùm summo Romano Pontifice cognoscatur, &
 13. de ref. terminentur. Quod si eiusmodi sit causa, q̄ ne-
 c. 6. 7. & 8. cessariò extra Romanam curiam sit cõmitten-
 ext. de ac- da, nemini prorsus ea cõmittatur, nisi Metro-
 cul. politanis, aut Episcopis, à Beatissimo Papa eli-
 c. 2. Late. gendis. Hec verò commissio & specialis sit, &
 c. 3. & de- manu ipsius Sanctiss. Pontificis signata, nec vi-
 cret. 1. 5. tit. 1. c. 24 quam plus his tribuat, quam ut solam facti in-
 Vide post structionem sumant, processumque conficiant:
 finem hu- quem statim ad Romanum Pontificem trans-
 ius libri. mittat, h̄ reseruaa eidem Sanctissimo senten-
 d Vide tia definitiua. Cetera alias sub sel. rec. Iulio
 Sess. 24. c. III. super his decreta; nec non & constitutio
 7. c. mi- sub Innocentio III. in Concilio generali, que
 ror, & c. incipit, Qualiter c̄ & quãdo: quam sancta Syn-
 Cõtuma- nodus in præseti innouat; ab omnibus obseruetur.
 ces. 50. Minores verò Criminales cause Episcoporum
 dist. c. er- in Concilio tantum prouinciali cognoscatur,
 ga 1. q. c. & terminentur, vel à deputandis per Con-
 at si cle- ciliam prouinciale.
 rici. de
 iudic.
 & c. nu-
 per de
 sen. exc.
 e De qui-
 bus sub
 Alexã. dr.
 in Conc.
 Lat. par-
 te 14. cõ-
 stit. eius.

CAPVT VI.

Liceat Episcopis in irregularitatibus om-
 nibus, & suspensionibus, ex delicto occulto
 proueniens, excepta ea, que oritur ex ho-
 micidio voluntario, & exceptis alijs deduc-
 ad forum contentiosum, dispensare; & in qui-
 buscumq; casib. occultis, e etiam Sedi Aposto-
 lica reseruatis, delinquentes quoscumque juri-
 subditos, in diœcesi sua per seipsos, aut Vicari-
 um, ad id specialiter deputandum, in foro con-
 sciencie

scientie gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientie eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.

CAPVT VII.

VT fidelis populus ad suscipienda Sacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat præcipit sancta Synodus Episcopis omnibus, vt nõ solũ, cãm hæc per se ipsos erũt populo administrãda, prius illorum vim, & vsũ pro suscipientium captis explicent, sed etiam idem à singulis Parochis piè, prudenterq; etiam lingua vernacula, si opus sit, & commodè fieri poterit, seruari studeant, iuxta formam à sancta Synodo in Catechesi singulis Sacramentis præscribendam: quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnib; populo exponi curabunt: nec nõ vt a inter Missarum solemnia, aut diuinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent eademq; in omnium cordibus, postpositis inutilibus questionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.

CAPVT VIII.

Apostolos monet, b publicè peccãtes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos,

a sup. Sef. 12. de sacrificio Missæ, c. 8.

b 1. Tim. 5 c. sed illud 45. di. c. si peccauerit, ver. ergo. 2. q. t.

c. c. pœni-
tentes &
c. in capi-
te cū seq.
so. dist.

commotosque fuisse non sit dubitandum: huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam c publicè iniungi oportet: vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emēdationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretū poterit cōmutare, quādo ita magis indicauerit expedire. In omnibus etiam cathedralibus ecclesijs, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cū vnione præbende, proximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorū quadraginta; seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiat: qui dum cōfessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.

CAPVT IX.

d sup. Sess.
6. de ref.
ca. 4. &
Sess 7. de
ref. c. 8. &
Sess. 1. de
ref. c. 2.

Que aliàs sub fel. rec. Paulo III. d. & nuper sub Beatissimo Domino nostro Pio IV. in hoc eodem Concilio de Adhibenda ab Ordinarijs diligētia in beneficiorum, etiā exemptorū, visitatione cōstituta sint: eadem etiā in ijs ecclesijs secularibus obseruentur, que in nullius diœcesi esse dicuntur: vt ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, si id cōstet, alioquin ab eo, qui semel in Cōcilio provinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tãquam Sedis Apostolicæ delegato, visitentur: non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque etiam inmemorabilibus.

CAPVT X.

Episcope, vt aptius, quem regunt, populum possint in officio, atque obedientia cōtinere, in omnibus ijs, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, ius & potestatem habeant, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta canonice sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diocesi sue utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitiō, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam, interposita, executionem eorū, quæ ab his mādāta, decreta, aut iudicata fuerint, quo quomodo impediatur, aut suspendatur.

a sup. Sef.
22. de ref.
c. 1. & Sef.
11. de rei.
c. 1.

CAPVT XI.

Quonia priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vite præbere dignoscuntur: decernit sancta Synodus, vt si quando iustis, grauibus, & ferè necessarijs suadentibus causis, aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolytatus, Comitum Palatini, Capellani Regij, aut alijs huiusmodi in Romana Curia, vel extra, insignibus decorandos esse placuerit: nec non alios, cuiuscumque monasterio oblatos, vel quomodocumque addi-

b sup. Sef.
6. c. 1.

Etos, aut sub nomine seruientium militis, seu monasterijs, hospitalibus, collegijs, aut quocumque alio titulo assumi, nihil ex ijs priuilegijs detractū esse Ordinarijs intelligatur, quo min⁹ ijs, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterū concedi contigerit. ipsi Ordinarijs tāquam Apostolicę Sedis delegatis, plenē in omnibus, & quoad Capellanos Regios, iuxta constitutionē

a c. cū capella. ext.

de priuil.

Decretal.

libr. 5. tit.

33. c. 16.

Vide post

finem hui-

us libri.

b c. diui-

na. de pri-

uil. in ex-

tra. com.

petere solet ea in ijs, qui beneficia ecclesiastica

obtinēt, ratione predictorum beneficiorum

minimē intelligantur, sed Ordinarij iurisdic-

tionē subiecti permaneant, non obstantibus

quibuscumque inhibitionibus.

CAPVT XII.

Cvm dignitates, in Ecclesijs præsertim Cathedralibus, ad cōseruandam argendamque Ecclesiasticam disciplinā fuerint institutę, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerent,

alij-

alijsque exemplo essent, atque Episcopus opere
 & officio iuarent: merito, qui ad eas vocatur
 tales esse debet, qui suo muneri respondere pos-
 sint. c. Nemo igitur deinceps ad dignitates quas
 cumque quib. animarum cura subest, promo-
 ueatur, nisi qui saltem xxv. sue etatis annu at-
 tegerit & in Clericali Ordine versat⁹, doctrina
 ad suu munus exequendum necessaria, ac moru
 integritate comendatur; iuxta constitutione A-
 lexandri III. in Concilio Lateranensi promul-
 gata, que incipit, Cū in cunctis. Archidiaconi
 etiam, qui e oculi dicuntur Episcopi, sint in om-
 nib. ecclesijs, vbi fieri poterit, Magistri in Theo-
 logia, seu Doctores, aut Licētiati in iure Cano-
 nico, Ad ceteras aut dignitates, vel personat⁹,
 quib. animarū cura nulla subest, Clerici ali-
 quin idonei, & xxij, annis nō minores, asciscā-
 tur. Prouisi et de beneficijs quibuscumq; cu-
 ram animarum habentibus, teneantur a die ad-
 ceptæ possessionis, ad minus intra duos menses, a
 in manibus ipsius Episcopi, vel, eo impedito: co-
 ram generali eius Vicario, seu officiali, ortho-
 doxæ suæ fidei publicam facere professionē, &
 in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permāsuos
 spondeant, ac iurēt. Prouisi aut de Canonicati-
 bus, & dignitatib. in Ecclesijs Cathedralibus,
 nō solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed
 etiam in Capitulo idem facere teneantur: alio-
 quin prædicti omnes prouisi, vt supra, fructus
 non faciant suos; nec illis possessio suffragetur.

c. Sef. 22.
 c. 2.
 d. c. cū in
 cunctis de
 elec. Clē.
 1. epist. 1.
 ad lac.
 Anaclet.
 epist. .c.
 Diaconis
 93. dist. &
 c. adhac.
 e de off.
 Archid.
 lib. 1. de-
 cre. tit. 6.
 cap. 7. ab
 Inn. 3. in
 1. decret.
 23. cap.
 Adhac
 nos & a-
 lijs.
 a 4. Tol.
 c. 25. & 26.
 etiam sic
 prouide-
 batur. in-
 fra in
 bulla S.
 D. N. Pij
 4. supra
 forma iu-
 ramenti
 professio-
 nis fidei

b c. licet
cā. & c. cū
ex eo. de
elec. in 6.
sup. Sess.
7. de ref.
ca. 12.

b Neminem ēt deinceps ad dignitatem, Cano-
nicatum, aut portionem recipiāt, nisi qui eo Or-
dine sacro. aut sit initiatus, quem illa dignitas,
prebēda, aut portio requirit: aut in tali etate,
vt infra tēpus à iure, & ab hac sancta Synodo
statutum, initiari valeat. In omnib. verò Ec-
clesijs Cathedralib. omnes Canonici, ac por-
tiones habent annexum Ordinem Presbyterij,
Diaconatus, vel Subdiaconatus, Episcopus autē
cum consilio Capituli designet, ac distribuat,
prout viderit expedire, quib. quisque Ordo ex
sacris annexus in posterum esse debeat: ita ta-
men, & dimidia saltem pars Presbyteri sint,
ceteri verò Diaconi, aut Subdiaconi: vbi vero
consuetudo laudabilior habet, vt plures, vel om-
nes sint Presbyteri, omninò obseruetur. Hori-
tatur etiā sancta Synodus, vt in provincijs, vbi
id commode fieri potest, dignitates omnes, &
saltem dimidia pars Canonici, in cathedra-
libus ecclesijs, & collegiatis in quibus conse-
crantur tantū Magistris, vel Doctōribus, aut
etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Cano-
nico. Præterea obtinentibus in eisdē Cathedra-
libus, aut collegiatis dignitates, Canonici,
prebendas, aut portiones, non liceat vigore
cuiuslibet statuti, aut cōsuetudinis, vltra tres
menses, ab eisdē ecclesijs quolibet anno abesse:
saluis nihilominus earum ecclesiarū constitu-
tionibus, q̄ longius seruitij tempus requirunt:
alioquin primo anno priuetur vnusquisque di-

c sup. Sess.
23. de ref.
cap. 1.

midia

media parte fructuum, quos ratione etiam pre-
 bendæ ac residentiæ fecit suas. quòd si iterum
 eadem fuerit vsus negligētia, priuetur omni-
 bus fructibus: quos eodē anno lucratus fuerit.
 crescente verò contumacia, cōtra eos, iuxta sa-
 crorum canonum constitutiones, procedatur. a
 Distributiones verò, qui st atis horis interfue-
 rint, recipiant: reliqui, quavis collusionē, aut
 remissione exclusa, his careāt, iuxta Bonifacii
 VII. decretum, quod incipit, Cōsuetudinem:
 quod sancta Synodus in vsum reuocat: non ob-
 stantibus quilibet uicunque statutis, & consuetu-
 dinibus. b Omnes verò diuina per se, & nō per
 substitutos, compellantur obire officia: & Epi-
 scopo celebranti, aut alia Pontificalia exercē-
 ti adstare, & inseruire, atque in choro, ad
 psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei
 nomē reuerenter, distinctè, deuoteq; laudare:
 Vestitu insuper decēti tã in ecclesia, q̄ extra,
 assiduè utatur; c ab illicitisq; venationib⁹, au-
 cupijs, choreis, tabernis, lusuq; abstineant:
 atq; ea morū integritate polleāt, vt meritò Ec-
 clesiæ Senatus dici possit. Cetera, quæ ad debi-
 tū in diuinis officijs regimen spectant, deq; cō-
 grua in his canendi, seu modulandi ratione, de
 certa lege in choro conueniēdi, & permanēdi,
 simulq; de omnib. ecclesiæ ministris, quæ ne-
 cessaria erūt, & si qua huiusmodi: Synodus P-
 uincialis, pro cuiusque prouinciæ utilitate, c
 moribus, certam cuique formulam prescribet.

a sexti
 decr. li. 3.
 de cler.
 non resi.
 c. 1. sexti
 dec. lib. 1.
 de confu.
 c. 1.
 Vide post
 finem hu-
 ius libri.
 b Sess. 22.
 c c. licet.
 & c. extir-
 pandæ, q
 verò de
 præb. c.
 quia nō
 nulli de
 cler. non
 resid.
 Tur. .c. 8.
 Conc. A-
 gath. c. 55.
 qui inci-
 pit. Epif-
 copis, c.
 Episcopū,
 14. dist.
 toto tit.
 de vi. &
 hom. cle.
 ext in 6.
 & in clē.

Interea vero Episcopus non minùs, quàm cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Episcopo, alter à Capitulo eligatur, in ijs, quæ expedire videbuntur, poterit providere.

CAPVT XIII.

d sup. Sef.
7. de ref.
c. 6. & 7 &
Sef 14. de
ref. c. 9. &
inf. c. 15.

e c. vnio.
10. q. 3. c.
& tempo-
ris cū seq.
16. q. 1.

Quoniam à pleræq; Cathedralibus Ecclesiis tam tenuis redditus sunt, & angusti, ut Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neq; ecclesiarum necessitati sufficiant; examinet Cōcilium provinciale, vocatis ijs, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemq; inuicē vnire, vel nouis prouentibus augere expediat: e consecratisq; de præmissis instrumenta ad summū Romanū Pontificem mittat, quibus instructus summus Pōtifex ex prudētia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim verò, donec prædicta effectum sortiantur, huiusmodi Episcopis, qui si ueluum subuentione pro diocesis sue tenuitate indiget, poterit de beneficijs aliquibus, dum tamen curata non sint, nec dignitate, seu Canonicatus, & prebende, nec monasteria, in quibus viget Regularis obseruantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis Visitatoribus subiciuntur, à summo Romano Pontifice prouideri. In parochialibus etiam ecclesijs, quarum fructus æquè admodum exigui s. n. ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regu-

larium

lariū, id fieri nō possit, vt primariū, vel decimarū assignatione, aut parochianorum symbolo, ac collectas, aut qua cōmodiori ei videbitur ratioe, tātum redigatur, quod pro rectoris, aut parochiæ necessitate decēter sufficiat. In vniōnib. verò quibuslibet, seu ex supradictis, seu alijs causis faciēdis, ecclesiæ parochiales monasterijs quibuscūq; aut abbatijs, seu dignitatib. siue præbendis ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militijsve nō vniātur: & quæ vniæ sunt, a reuideantur ab Ordinarijs, iuxta alias decretū in b eadē Synodo sub sel. rec. Paulo 3. quod ēt in vnitis ab eo tēpore citra æquē obseruetur: non obstātib. in ijs quibuscūq; verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Adhæc in posterum oēs hæ Cathedralis Ecclesiæ, quarū redditus summā ducatorū mille, & parochiales, q̄ summam ducatorū centum, secundū verum annuū valorem non excedunt, nullis p̄sionibus, aut reservationib. fructuum grauentur. In ijs quoq; ciuitatibus, ac locis, vbi parochiales Ecclesiæ certos nō habēt fines, nec earum Rectores proprium populū quem regant, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrat: mādāt sancta Synodus Episcopis pro tutiori animarū eius commissarū salute, vt, distincto populo in certas, propriasq; parochias, vnicuiq; suum perpetuū c pecuniarēq; Parochum assignent, qui eas cognoscere

a Sel. 7.

c. 6.

b sup. Sel.

7. de ref.

c. 6.

c. c. 1. 33. q.

1. c. plures

16. q. .e.

de paro-

ch. & inf.

Sel. 14.

de refor.

c. 9.

valeat, & à quo solo licite Sacramenta suscipiāt: aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideant. Idemque in ijs ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ sunt parochiales, quamprimum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPVT XIV.

In pluribus ecclesijs, tam cathedralibus, quàm collegiatis, & parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligitur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, cōfirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionē alicuius Cathedralis ecclesie, vel beneficij canonicatū, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, cōpensationes ve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponantur. hæc cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, vt, quæcunq; hu ijsmodi in vsus pios non cōuertuntur, atq; ingressus eos, qui simoniacalibus, aut sordidæ auaritiæ suspicionem habet, fieri non permittant, ijs siquæ diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus, super prædictis cognoscant, & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas, ac scandalosas, reiciāt, & aboleāt.

Eos

Eos vero, qui aduersus hæc, in presenti decreto comprehensa, quauis ratione commiserint, pœnis, a contra simoniacos editis, sacris canonibus, & varijs summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis de quarum surreptione, obreptione, & intentionis defectu Episcopus, tamquam Apostolica Sedis delegatus, cognoscere possit.

a. r. q. i. fere per totam. Conc. Tolet. 8. c. 3. c. cū semper de cōfess. toto fere tit. de simon-extra.

CAPVT XV.

IN ecclesijs Cathedralibus, b & collegiatis Insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues b sup. c. 13. sunt præbendæ simul cum distributionib quotidianis, vt sustinendo decenti canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant: liceat Episcopis cum cōsensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, nō tamē regularia, ijs vnire: vel, si hac ratione prouideri nō possit, aliquibus ex ijs suppressis, cum patronorum cōsensu, si de iure patronatus laicorum sint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionib. quotidianis applicentur, eos ad pauciorum numerū reducere: ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati ecclesiæ commodè valeant respondere: non obstantibus quibuscumque cōstitutionib. & priuilegijs, aut quacumq;

reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione: neque predictæ vniones, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcumq; pro- uifionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis alijs derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

CAPVT XVI.

a Conc.
Chalced.
actione
16. c. 25. in
fin. conc.
Vvorma-
tien. c. 76.

b c. non
liceat in
1. 12. q. 2.
& c. ſi. de
ſuppl. ne-
gl. pral.
in 6.

Capitulum, a Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum vnum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum eccleſiaſticarum, & pro- uentuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri. Item Officialem, ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem Epifcopi, conſtituere, vel exiſtenteſ cõfirmare omninõ teneatur, qui ſaltẽ in iure canonico ſit Doctõr, vel Licẽtiatus, vel alias, quãtum fieri poterit, idoneus: ſi ſecus factũ fuerit, b ad Metropolitanũ deputatio huiusmodi deuoluatur: Et, ſi eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epifcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epifcopus in exempta Oeconomũ, & Vicarium idoneos poſſit cõſtituere. Epifcopus verõ ad eãdem eccleſiam vacãtem promotus ex ijs, que ad eum ſpectãt, ab eiſdem Oeconomõ, Vicario, & alijs quibuſcumq; officialibus, & adminiſtratorib., qui, Sede vacãte, fuerunt à Capitulo, vel ab alijs in eius locum conſtituti, etiã ſi

fue-

fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorū, iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscumque eorum muneris: possitque eos punire, qui in eorum officio seu administratione deliquerint: etiam si predicti officiales, redditibus rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eodem, absolutionem aut liberationem obtulerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Ecclesiam pertinentibus, si que ad Capitulum peruenierunt, rationem reddere.

CAPVT XVII.

Cum ecclesiasticus a ordo peruertatur, quāvis unus pluriū officia occupat Clericorum; sancte sacris Canonibus cautum fuit, nominem oportere in duabus ecclesijs conscribi, verū quoniam multi improbe cupiditatis affectu se ipsos, non Deum decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, varijs artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: sancta Synodus debitam regendis ecclesijs disciplinam restituere, capiens, præsentis decreto, in quibuscumque personis, quocumque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandatum observari; statuit ut in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honeste sustentandum non sufficiat; liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dūmodo utrumque personalem residetiam non requirat, eidem conferri.

Hec

a sci. 1.
Nic. c. 15.
& 16.
Antioc. c.
3. & Arel.
1. c. 2. & 2
& Milen.
c. 15. c. q̄a
in tantū.
c. adhac
& c. cum
non igno
res. de
præu. cū
alle. sub
Sess. 7. de
ref. c. 2. c.
referēte.
& c. de
multa. de
præb. 21.
q. 1. per
totam. c.
quia nō
nulli, de
cler. non
resid.

Hæcque non modò ad Cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam secularia, quàm regularia, quæcumque, etiam commendata, pertineant; cuiuscumque tituli, ac qualitatibus existant. Illi verò, qui in presenti plures parochiales Ecclesias, aut vnâ Cathedralē, & a-

a sup. Ses. 7. de ref. c. 4.

liam parochialem obtinent, a cogantur omninò quibuscumque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere: alioquin tam parochiales, quàm beneficia omnia, que obtinent, b ipso iure vacare censeantur; ac tanquam vacantia liberè alijs idoneis conferantur, nec ipsi antea illa obtinentes, tuta cōscientia, fructus post dictum tēpus retineant. Optat autem sancta Synodus, vt resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout summo Pontifici videbitur, provideatur.

b c. ex-
crabilis.
6. qui ve-
rò, in ex-
trauag.
com. tit.
de præb.

CAPVT XVIII.

EXpedi maximè animarum salutē, à dignis, atque idoneis Parochis gubernari, id vt diligentius, ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, vt, cum parochialis ecclesie vacatio, etiam si cura Ecclesie, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administratur, etiã in ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus vni, vel pluribus curam anima-

rum dare quos omnes ad infra scriptū examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter quomodocumq; contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegij in favorē S. Romanæ Ecclesiæ cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuū portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Porro Episcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus, ab Episcopo prescribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinato-ribus nominet. Liberum sit tamen etiam alijs, qui aliquos ad id aptos noverint, eorū nomina deferre, ut possit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et, si Episcopo, aut Synodo provinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto cōstituto tempore, omnes qui descripti fuerint, a examinētur ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab alijs examinato-ribus nō paucioribus, quam tribus: quorū votis, si pares aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel

Vica-

a infra
Sess. vlt.
de refor.
cap. 9.

Vicarius, quib. magis videbitur. Examinatores aut singulis annis in diocesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur: qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Aduententeq; vacatione cuiuslibet ecclesie, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant: indeq; succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex predictis illis sex eligat. Sint ergo hi examinatores, Magistri, seu Doctores, aut Licentii in Theologia, aut iure Canonico, vel alij Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentque oēs ad sancta Dei Evangelia se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. a Caueantque, ne quidquam prorsus occasione huius examinis nec ante, nec post accipiant: alioquin simonie vitium, tam ipsi, quam alij dantes incurrant: à qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, que quomodocumq; etiam antea obtinebant: & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnib. nō solum coram Deo sed etiam in Synodo prouinciali, si opus erit, rationē reddere teneantur, à quib. si quis cōtra officium eos fecisse compertum fuerit, grauitur eius arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine renūcientur, quotcumq; ab his idonei iudicati fuerint etate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacātem ecclesiam gubernandam

a c. quando 4. di.

oppo-

opportunis. a ex hisque Episcopus eum eligat, a Sess. 25.
 quē ceteris magis idoneum iudicauerit: atq; cap. 9.
 illi, & non alteri, collatio ecclesie ab eo fiat, ad
 quem spectabit eam conferre. Si verò iuris pa-
 tronatus ecclesiastici erit: ac institutio ad Epi-
 scopū, & non alium pertineat: is, quem patro-
 nus digniorem inter probatos ab examinatori-
 bus iudicabit, Episcopo presentare teneatur, ut
 ab eo instituat. Cum vero institutio ab alio,
 quā ab Episcopo erit facienda: tunc Episcopus
 solus ex dignis eligat digniorem, quē patronus
 ei presentet, ad quē institutio spectat. Quod si
 ius patronatus laicorū fuerit: debeat qui à pa-
 trono presentatus erit, ab eisdem deputatis, ut
 supra, examinari, & non, nisi idoneus repertus
 fuerit, admitti. In omnibusq; supradictis casi-
 bus non cuiquam alteri, quam vni ex prædictis
 examinatis, & ab examinatoribus approbatis,
 iuxta supradictam regulam, de Ecclesia prou-
 deatur, nec prædictorum examinatorum rela-
 tionem, quo minus executionem habeat, vlla
 deuolutio aut appellatio, etiam ad Sedem Apo-
 stolicam, siue eiusdem Sedis Legatos, aut Vice-
 legatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metro-
 politanos, Primate, vel Patriarchas interposi-
 ta, impediat, aut suspēdat: alioquin Vicarius,
 quem ecclesie vacanti antea Episcopus arbi-
 trario seu ad tēpus deputauit, vel forsan postea
 deputabit, ab eius Ecclesie custodia, & admi-
 nistratione nō admoveatur, donec aut eidem,

aut

a Sess. 7.
cap. 13.

aut alteri, qui probatus, & electus fuerit, ut supra, sit prouisum: alias prouisiones oēs, seu institutiones, præter supradiçtam formam factæ, surreptitiæ esse censeantur: non obstantibus huic decreto exemptionibus, indulgentiis, priuilegijs, præuentionibus, affectionibus, nouis prouisionibus, indulgentiis concessis quibuscumque a Vniuersitatibus, etiam ad certam summam, & alijs impedimentis quibuscumque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ Parochiales fuerint, ut totius huius examinationis operam non ferant: aut nemo sit, qui se examini querat subijcere, aut ad opertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facillè grauiore rixæ, ac tumultus possint excitari: poterit Ordinarius, si pro sua cõscientia cõ deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hæc forma omiſſa priuatim aliud examen, ceteris tamen, ut supra, seruatis, adhibere. Licet etiam Synodo prouinciali, si qua in supradiçtis circa examinationis formam addenda, remittenda uel esse censuerit, prouidere.

CAPVT ALIA.

b Vide

Sess. 25. c.
9.

c. c. 2. de
concess.
plæb & c.
de testan.
da. eo. tit.
in 6.

DEcernit sancta Synodus, mandata de prouidendo, & gratias, quæ Expectatiue dicuntur, nemini amplius, etiam Collegijs, Vniuersitatibus, Senatibus, & alijs singularibus personis, etiam sub nomine indulgentiæ, aut ad certam summam, uel alio quouis colore concedi, nec hæctenus concessis cuiquã uti licere. c. Sed

nec

nec reservationes mentales, nec alie quaecun-
que gratie ad vacatura, nec indulta ad alienas
ecclesias, vel monasteria alicui, etiam ex san-
ctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus conceda-
tur: & haecenus concessa, abrogata esse cense-
antur.

CAPVT XX.

CAuse omnes, ad forum ecclesiasticum quo-
modolibet pertinentes, etiam si beneficia-
les sint, in prima instantia coram Ordinarijs
locorum duntaxat cognoscantur, atque omni-
no, saltem infra biennium a die motae litis, a
terminentur, alioquin post id spatium liberum
sit partib⁹, vel alteri illarum iudices superio-
res, alias tamen competentes, adire, qui causam
in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum
terminari curent: nec antea alijs committan-
tur, nec auocentur: neque appellationes ab ijs-
dem interpositae, per Superiores quoscunq. re-
cipiantur: eorūve commissio, aut inhibicio fiat,
nisi a definitiua, vel a definitiua vim habente,
& cuius grauamen per appellationem a definiti-
ua reparari nequeat. Ab his excipiantur cau-
se, quae iuxta canonicas Sanctiones apud Se-
dem Apostolicam sunt tractandae; vel quas ex
urgenti rationabiliq. causa iudicauerit sum-
mus Romanus Pontifex per speciale rescriptū
Signature Sanctitatis suae, manu propria sub-
scribendum committere, aut auocare. Adhaec
cause matrimoniales, & criminales, nō Deca-

a inf. Sef.
vl. de ref.
c. 10. in fi.

b c. nec
licuit 17.
dist. c. ma-
iores, de
bapt. Vigi-
lius Papa
in epi. ad
Eutherū
inf. & Pe-
la. 2. in t
ep. circ. fi.
cum sim.

ni;

ni, Archidiaconi, aut aliorū inferiorū iudicio etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquuntur: etiamsi in presentia inter Episcopum, & Decanum seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumq; instantia p̄deat: coram quo, si pars verè pauperatatem probauerit, non cogatur extra provinciam nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare: nisi pars altera & alimēta, & expēsas litis velit subministrare. Legati quoq; etiam de latere, Nunciij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij, quarum unq; facultatum vigore, non solum Episcopos in predictis causis impedire, aut aliquo modo eorum iurisdictionem ijs pr̄eripere: aut turbare non presumant: sed nec etiam cōtra Clericos, aliave personas ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoq; negligente, procedant: alias eorū processiones ordinationis sive nullius momenti sint: atq; ad dāni satisfactionem, partibus illati, teneantur. Pr̄eterea, si quis in casibus à iure permisis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, seu aliās ob lapsum biennij, de quo supra ad alium iudicē recurrerit: teneatur acta omnia, coram Episcopo gesta, ad iudicem appellationis expensis suis transferre, eodem Episcopo prius admonito, vt, si quid ei pro cause instructione videbitur, possit iudici appellationis significare. Quod si appellatus cō-

pareat: cogatur tunc is quoque auctorum, que translata sunt, expensas, proportionē suā, si illis vti voluerit, subire: nisi aliter ex loci cōsuetudine seruetur, vt scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porro ipsam auctorum copiam teneatur notarius congrua mercede accepta, appellanti quāto citius, & ad minus intra mensem, exhibere. Qui notarius si in differenda exhibitione fraudē fecerit, ab officij administratione arbitrio Ordinarij suspendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam, compellatur. Iudex verò, si & ipse impedimēti huius conscius, particeps ve fuerit, aliter ve obstiteris, ne appellati integrè acta intra tempus traderentur, ad eādem dupli pœnam, prout supra, teneatur: non obstantib quo ad omnia suprascripta, priuilegijs indultis, concordijs, que suos tantum teneant auctores, & alijs quibuscumque consuetudinibus.

CAPVT XXI.

Cypriens sancta Synodus, vt ex decretis ab ea editis nulla vnquā futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa, posita in decreto, publicato Sessione prima, sub Beatissimo Domino nostro Pio Quarto, a videlicet: a supra
Sess. II.
Que proponētibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum leuandas calamitates, sedandas de religione controuersias, coer-

cendas

Endas linguas dolosas, deprauatorum morum
abusus corrigendos, Ecclesie veram & Chri-
stianam pacem conciliandam apta, & idonea
ipsi sancte Synodo videbuntur, explicatio de-
clarat, mentis sue non fuisse, ut ex predictis
verbis solita ratio tractandi negotia in genera-
libus Concilijs vlla ex parte immutaretur; ne-
noui quidquam, preter id, quod a sacris cano-
nibus vel generalium Synodorum forma hacten-
nus statutum est, cuiquam adderetur, vel de-
traheretur.

Indictio futuræ Sessionis.

INsuper eadem Sacrosancta Synodus proxi-
mam futuram Sessionem feria quinta post
Conceptionem beate Mariæ virginis, que erit
dies nona mensis Decembris, proximè ventu-
ri, habendam esse statuit, & decernit, cum pro-
testate etiã abbreviandi, in qua Sessione tra-
ctabitur de sexto nunc in eam dilato capite, et
de reliquis reformationis capitibus iam exhibi-
tibus, deq; alijs ad eam pertinentibus. Si vero
opportunum videbitur, & tēpus patietur, po-
terit, etiam de nonnullis dogmatibus tra-
ctari, prout suo tempore in Congre-
gationibus proponen-
tur.

Abbreviata est dies Sessionis.